Quelle: https://manuscripta.at/?ID=25944
Copyright: Admont, Benediktinerstift

96r

quod dampnat. Aliud maledictum profertur iudicio iusticie. ut in ipso primo peccan
te plasmatum est cum audiunt. maledicta terra in opere tuo et cetera. Et sicut abrahe dicitur.
maledicam maledicentibus tibi. Aliud uero profertur maledictum quod non iudicio iusti
cie. sed liuore uindicte promittitur. a quo uoce Pauli predicantis cessare admone
mur. qui ait. C. II. benedicite et nolite maledicere. Item kalistus papa.
Communione priuetur qui romipetas et peregrinos uel mercatores molestare presumpserit.
Siquis romipetas et peregrinos. et apostolorum limina. et aliorum sanctorum oratoria uisi
tantes. capere. seu rebus quas ferunt spoliare. et mercatores nouis theloneorum
et pedaticorum exactionibus molestare temptauerit. donec satisfecerit commu
nione careat christiana. Item Vrbanus. Excommunicetur qui oratores et ecclesias earumque
Paternarum tradicionum bona et personas ibidem seruientes infestare presumit.
exemplis commoniti pastoralis officii debitum persoluentes. ecclesias cum
bonis suis. tam personis. quam possessionibus. clericos uidelicet ac monachos eorumque
conuersos. oratores quoque cum suis nichilominus rebus quas ferunt. tutos et sine
molestia esse statuimus. Siquis autem contra hec facere presumpserit et post quam facinus
suum recognouerit infra xxx dierum spacium competenter non emendauerit.
a liminibus ecclesie arceatur. et anathematis gladio feriatur. Item Nyko
laus papa omnibus episcopis. Qui oratoribus pauperibus non arma ferentibus in malum
Illi qui peregrinos uel oratores cuiuscumque sancti siue clericos obuiauerint excommunicen
siue monachos. uel feminas. aut inermes pauperes depredati fuerint. uel tur.
bona eorum rapuerint. uel in malum eis obuiauerint anathematis uin
culo feriantur. nisi digne emendauerint. Pax uero illa quam treugam dei dici
mus sic obseruetur. sicut ab archiepiscopis et episcopis uniuscuiusque prouincie constituta
est. Qui autem eam infregerit. excommunicationi subdatur. ¶ Quia uero de S. IIII. q. I. Quod autem
hereticis sermo habetur. uidendum est quid intersit inter scisma et heresim. et quid sint
heretici. et quot sint hereticorum secte. Differentiam autem inter heresim et scisma. IERONIMUS
in epistola ad galathas assignat dicens. Scismatis et heresis differentia.
Inter heresim et scisma hoc interesse arbitror: quod heresis peruersum dogma XXXIII.
habeat. scisma propter episcopalem dissensionem ab ecclesia pariter separet. Quod quidem
de in principio aliquid ex parte intellegi potest diuersum. Ceterum nullum scisma
non sibi aliquam heresim confingit. ut recte ab ecclesia recessisse uideatur. Unde
autem heresis dicatur. in eadem epistola diffinit dicens. Vnde heresis dicatur.